



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Legatio Marchionis Lavardini Romam, Ejusquè Cum  
Romano Pontifice Innocentio Undecimo Dissidium**

**Sfondrati, Celestino**

**[S.I.], 1688**

Summaria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62944](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62944)

7(2)

DE JURE, ORIGINE,  
Progressu & abusu Quarterio-  
rum Franchitarum seu  
Asyli, &c.

S U M M A R I A.

1. Legatos Jure Gentium inviolabiles  
esse, nec subjacere Juri Talionis; non tamen  
Jure Asyli gaudere.

2. Infiniti ex hac Immunitate abusus  
Assylorum & Imunitatum (quas Franchi-  
tias & Quartierios vocant) Historia Chro-  
nologicè, fuseque exponitur, ac validissimè  
concluditur, hanc Imunitatem à Principum  
Legatis injustè usurpari, nec unquam à  
Summis Pontificibus toleratam esse.

3. Innocentij XI. contra Franchitias  
Edicta, & quas ob causas?

4. Reges omnes Innocentij Diplomati  
acquiescunt solâ Galliâ reluctantè. In-  
gressus Romanum Marchionis Lavardini.

5. Lavardinus Excommunicationem in-  
currisse declaratur. Pontificis moderatio.

A 4

6. Re-

6. Respondetur ad Libellum Anonymi: & primò ostenditur, nullam Lavardino ab Innocentio XI. Pontifice Maximo injuriā factam.

7. Nihil contra Jura Legatorum actum esse, cùm Pontifex Lavardinum pro Legato non habuit.

8. Romam esse communem Patriam, sed non ideo Lavardinum aliter à Pontifice excipiendum fuisse.

9. Magna esse Gallorum in Ecclesiam Romanam merita, sed non minora Ecclesia Romana in Gallos.

10. Refelluntur, quæ de ignorantia Diplomatici Pontificij Gallus enarrat.

11. An Lavardinus sine debita forma Excommunicationi subjectus fuerit?

12. An verum sit, Reges præsertim Gallie, ejusque Ministros excommunicari non posse?

13. Cur non ipso Pontificatus sui initio Asyla, & Immunitates Legatorum Innocentius deleverit?

14. An verum sit, Lavardinum verbis Bullæ comprehensum non esse?

15. Nihil

contra Apologistam Lavardini. 9

15. Nihil obstare exemplum Sixti V.
16. An Innocentius ex voto Cardinalium Bullam ediderit?
17. An in causis temporalibus locus sit Excommunicationi? & quid de minis & periculis à Lavardino declamatis?
18. An excusari possint, quæ Roma Lavardinus commisit?
19. An consultius sit Asyla Ecclesiæ adimere, quam Palatijs Legatorum?
20. An Pontifici Romano scandala adscribi possint à Lavardino narrata?
21. An Lavardinus excusari possit exemplis S. Ludovici, & Philippi Pulchri, quos sprevisse Censuras dicit?
22. Refelluntur, quæ de sacro in Gallijs fædere Pontifici opponuntur.
23. An verum sit, durius cum Lavardino actum, quam cum aliorum Principum Legatis lèse Majestatis reis?
24. An Pontifex debuerit abstinere Censuris, quia istarum usus sèpè noxius?
25. An verum sit, Cardinalium vota, qui Bullæ subscripsérunt, esse subreptitia?
26. An Pontifex Innocentius ex Consilijs

A s

pen-

10 *De Abusu Franchitarum*

pendeat Religiosorum ignorantium, & minorum, ut vocat, Prælatorum?

27. Refelluntur, quæ Lavardini Advocatus pro quatuor Propositionibus narrat.

28. An Bulla Pontifica Legatos non liget, quia Personam Regis repræsentant?

29. An Præscriptio Lavardinum juvet?

30. An Pisana conventio?

31. An Pontifex Innocentius male in Gallos animatus fit?

32. Quo animo Pontificem esse oporteat, si armis Galli experiantur?

I.

**P**rincipum etiam hostium Legatos immunes sanctosquè esse, nec posse injuriis violari res certa est, ac omnium Gentium exemplis usuquè recepta; nec aliud magis omnium populorum abominatione ac probro damnum, quam Legatos contumeliâ affecisse. Id verò tam notum est, ut rationibus & exemplis etiam Barbarorum super-